

SOLINI VITA PER IOANNEM I

Camertem ædita.



VA ætate Iulius Solinus floruerit, nil certi a peritioribus pro-  
ditū est. Id accidisse crediderim, qđ eorū monumenta, qui post  
eum scripserunt, Barbaris cuncta uastātibus, fere perierint uni-  
uersa. Miror Chronicarū supplementi obscurū scriptorem alias tradidisse,  
hunc Solinum Augusti Cæsaris floruisse temporibus, cui & πολυίσωρα, des-  
dicasse cōmemorat. Constat enim Solinum Vespasiani principis/in hoc  
opere meminisse. Ex annorū autem/inter utrunq; Cæsarē computatione,  
euidens est, non potuisse Solinū opus suū Augusto dicasse, & Vespasiani  
Cæsaris res gestas retulisse. Meminit præterea Solinus Suetonij Paulini,  
quē Plynius se uidisse testatur. Huc accedit, quod ex Plyniano fonte Solin<sup>o</sup>  
hauserit ferme omnia. Cum tamē scribens hæc infantia suā/in operis ex-  
ordio/ueniam sibi dari postulet ab amico. Sed cū necubi Plynij, per quem  
profecit habuerit mētionē, suspicor uiuēte adhuc Plynio opusculū hoc su-  
um scripsisse Solinū. Hinc factū forsitan, ut uiuentis nō meminerit autho-  
ris. Consimili ratione potuit euenire, ne unq; Plynius Dioscoridis nobilis,  
eiusdem cū eo tēporis/ scriptoris nomen recensuerit, cū constet tamen in-  
numera ex eo in opus suū Plyninū transtulisse. Eadē culpa poterit Dioscori-  
di imputari (Nam uter ab utro surripuerit, apud Ammonē inueniri posset)  
si is oppressa Plynij mentione/ tanta ex eo fuerit subfuratus. Qui de Xeno-  
phontis, Platonisq; uita, & moribus, pluraq; de iisdē alia exquisitissē scripse-  
re, tradunt nec Platonē Xenophontis, nec cōtra Xenophontē Platonis, cū  
esset uterq; Socratis discipul<sup>o</sup>, in tot utriusq; uoluminib<sup>o</sup>/inseruisse nomē.  
Hi sunt inuidiæ nimirum, credite, mores,

Ut sua q̄ rarus tempora lector amet.

Vera Nasonis sententia.  
Pascitur in uiuis liuor, post fata quiescit. Quid de Macrobio, qui  
integras sæpe paginas ex Gellio, de Placido, qui ex Seruio, Acrone, qui ex  
Porphyrione. Quid de sexcentis alijs, qui longas cōmentationes, suppres-  
sis unde sumpserint authoribus, ad uerbū sibi omnia tribuerūt. Nemo am-  
bigit Aulum quoq; Gelliū Latinę linguæ delicias/ Liuiana lectiōe plurimū  
profecisse, cum tamē. T. Liuiū Latinorū historicoꝝ longe principē / suarū  
Noctiū noluerit esse participē. NEC assentior quorundā opinioni, qui ea  
spe Solinū nullā habuisse Plynij mentionē existimant, ut Plynij exemplaria  
deperirent penitus. Sicq; eius Collectanea extarent sola, nec procedente tē-  
pore ab ullo possent sua furta dinosci. Qua mente Florus, & Iustinus labo-  
rasse creduntur. Esset utinā tot bonorū authorū amissionis hæc sola causa.  
Extarent hodie Catonis (ut Græcos interim missos faciā) Varronis, Nigi-  
di, Salustij, Hygini, Celsi, Ennij, Furiij, Variij, Actij, Neuij, Pacuij, nobiliū  
authorū monumenta, quæ magna studiosorū iactura/ perierunt. Ut cunq;  
factum sit/ testatur Solinus ingenuè, quicquid in Polyhistore comprehensus

Suppl Chron. auct

Vespasian me<sup>t</sup> So

Sucto - Pauli

Ex Pli Fonte  
hausta oia

Pli Cui no me  
immerit

Ex Diosc mnia  
in opus suū  
inferuit pli

Plato  
Xenophon

OID

Macrobius

A Gellius

Florus  
Iustinus

Lactura o. auct  
nobilis.



est descriptoribus receptissimis emanasse. Suumque nil proprium esse dicit,  
cum nihil (inquit) amiserit antiquitatis diligentia, quod intactum ad hoc  
usque æui permaneret. Rursus constantiam ueritatis penes eos esse testat,  
quos in opere fuerit ipse sequutus. Nec dedecori Solino ascribendum, quod  
passim fuerit Plynium emulatus, sicut nec Maroni dandum crimini, quod  
toties ueterum poetarum/Homeri presertim uersus in suum opus transtu-  
lerit. Non enim parua uirtus author em optimi optime æmulari. Fuisse So-  
linum Romanum ex scribendi stylo conicitur, tum quod frequenter quom de  
Romanis mentio intercidit, eos is locis multis nostros soleat appellare. So-  
lini autoritate nedum recentiores scriptores, Sipontinus Perotus, Do-  
mitius Calderinus, Angelus Policianus, Hermolaus Barbarus, Ianus Par-  
rhasius, ipsaque alij plures similes, quos non iniuria inter ueteres quis annu-  
merarit. Sed Seruius secundo Georg. & Priscianus in. vi. insignes Gramma-  
tici nominatim etiã usi sunt. Dionysij quoque interpretis/siue is Priscianus fu-  
erit, siue Rhēnius, integras Solini clausulas suis carminibus frequenter inseruit.  
Solini, ni fallor, sunt omnia, que de annorum diuisione, & diebus intercalari-  
bus à Macrobio sunt relata. Doctores præterea ecclesiastici, Diuus Hiero-  
nymus, Ambrosius, Augustinus, item Doctores alij, ipsdē ferē uerbis So-  
lini sæpe sunt sententias mutuati. Sunt qui perinde Plynianam Simiam So-  
linum nuncupent, quemadmodum Titianum oratorum, Arulenum Stoi-  
corum, Iulius Capitulinus, Plynius Cæcilius, Sidonius Apollinaris Si-  
mias nominatos fuisse tradunt. Sed hi non aduertunt eos per con-  
tumeliam Simias appellari solitos, qui uel ab alijs prius tradi-  
ta/eodem quoque ordine/referunt, uel non eos autho-  
res sed eorum umbram potius æmulantur. Verum  
Solinus sic Plynianam phrasim æmulatus est,  
ut uenia dixerim aliorum, uix sit repertus  
alter, qui Plynianæ maiestati propius  
accesserit. Inscriptum librum hunc,  
ut in uetustis quibusdam ex-  
emplaribus inuenitur,  
Autio amico, cui  
& opus tradi-  
dit casti-  
gans  
dum. Sunt  
qui alia sui in-  
genij monumenta  
reliquisse tradant, quæ  
uel teporis iniuria perierunt,  
uel abstruso loco copiam blattis forsitan delitescunt.



*Macro Homero*  
*imitatus*

*Solinus natus*  
*Romanus*

*Soli Aucto. Vp*

*Dionysij interpres*

*Pliniana Simia*  
*Solinus*  
*Ticianus.*  
*Arulenus.*

*Pliniana manu scripta*  
*per me uicess*  
*et Sole.*

*Autio lib. nuncup.*

*Arulenus*

*Solinus*  
*Arulenus*  
*Arulenus*



a ¶ QVoniā quidā Conquerit hac epistola Solinus quosdā impatientius potius, q̄ studiosius opusculū/nondū absolutū/intercipere, p̄perasse, idq̄ etiā tū impolitū in mediū dedisse priusq̄ inchoate rei summa manus imponeret. Et nunc (inquit) exēplaribus corruptis, quæ damnata fuerant/ quasi p̄bata, circūferunt, p̄teritis, q̄ ad incrementū cognitionis longiore cura accesserunt. Hanc opusculi nondū absoluti interceptionē reor fuisse causam cur Solini oīa exēplaria tā mutila, tamq̄ deprauata ad nos puenerint. Ex prima enī mutila, & deprauata editione, exēplaria excripta, mutila, & deprauata esse necesse est. Fuisse p̄terea hanc eandē causam, quare Solinus operi suo Plynij nomen non inseruerit. Interferturus si licuisset erat. Casum consimile, cum libros de facta Trinitate scriberet, accidisse sibi quadā epistola conquerit Augustin⁹. De Trinitate, quæ deus summus, & uerus est (inquit) libros in uenis inchoaui, senex edidi. O miserā quippe hoc opus postea q̄ comperi preceptos mihi esse, siue surreptos anteq̄ eos absoluerem, & retractatos, ut mea dispositio fuerat/expolire. Nō enim singillatim, sed omnes simul edere ea rationē decreuerā, quā p̄cedentibus cōsequētes inq̄sūtōe proficēte/necērentur. Cū ergo per eos homines, priusq̄ uelle ad quosdā illos peruenire potuerūt, dispositio mea nequisset impleri, interruptā dictationem relinquēterā, cogitans hoc ipsum in aliquibus meis scriptis conqueri, ut scirēt qui possent non a me fuisse eosdem libros editos, sed ablatos, priusq̄ mihi editione mea digni uiderent &c. Nō immerito reprehensioe dignū Solinus existimabat esse opus, qd̄ nō multa dies, & multa litura coercuit, atq̄ Perfectū decies nō castigauit ad unguē. b ¶ In mediū.) Minus dispendiosum rebať Solinus/si surreptū/nondū tamen castigatū opusculū (suū apud surreptores delituisset, q̄ qd̄ sic interceptū in multoꝝ tandē manus delatū fuerit. Tanto enim magis fama inuriť authoris, quanto eius inexplitū opus docti plures lectitarint. c ¶ Cura long.) Experit̄ quilibet nō ratione carens, longo studio, assiduaq̄ lectioe, ac rerū multarū usu, doctrinā, & sapientiā plurimū p̄fici, & intendi. Aiunt, q̄ p̄cepta de acq̄renda doctrina, & sapientiā tradiderūt, oportere eū hominē, q̄ peritus, & sapiēs esse cupit/uersari, exerceriq̄ in rebus cominus nōscendis, periclitandisq̄. Et ea oīa a cta, & euenta firmiter meminisse, & p̄inde sapere, ac consulere ex ijs, q̄ pericula ipsa rerū docuerūt. Inter Salomonis Adagia nūerat & hoc. Audiens sapiēs, sapiētior erit, & intelligēs gubernacula possidebit. Quibus uerbis ostendit̄ neminē tā sapientē esse in hac uita, q̄ nō possit sapiētior esse etiā dictis minorū. Audiuit regina Saba Salomonē, minor maiorē, & sapiētior redijt. Audiuit Moses socerū multo inferiorē, & sapiētior factus est. Similia in q̄ plurimis facta esse experientia innotuit. Vidēdū tñ esse ait primo Epist. Seneca, ne lectio multoꝝ authoꝝ, & omnis generis uoluminū/habeat aliqd̄ uagū, & istabile &c. d ¶ Tenor.) Opusculi cōtinuatio, atq̄ ordo in operis exordio ita de locis, rebusq̄ alijs (e Solinus scripsisse ait, ut seruata orbis distinctioe, suo quoq̄ ordine reddiderit uniuersa. e ¶ Scabrē.) Asp̄tatis, indigestionisq̄. Sumptū nomē a carnis cōtractione, q̄ rugosa dū cōtrahit̄ solet fieri. Intelligit aut̄ ea loca, q̄ in uulgatis Solini exēplaribus deprauata ferunt. f ¶ Polyhistor.) Multiscius. πολυ μὲν ἔσπεω, inquirō, scio, narro. Vnde historia Græcis narratio dicitur. Fuerūt & alijs plures, qui ob uariarū rerū peritiā Polyhistorēs dicti sunt, ut Appion Græcus homo, Alexāder Milesius. Itē alijs. g ¶ Collectanea.) Cū Solini omnes codices hunc, uel simile titulū p̄ferant, apparet inemendata huius authoris exēplaria ad manus posterorū deuenisse. Si qui ergo errores fuerint in hoc opere/uerius alijs/q̄ Solino merito ascribent̄, cū inemēdatū opusculū qui interceptat̄/inuulgarint. h ¶ Eodē te locū habitū.) Alter est, cui librū Solin⁹ inscripsit, ab eo, ad quē epistolā hanc cū castigato opere destinauit, qd̄ nō aduerterūt, qui utrāq̄ epistolā ad Autium scriptam existimarunt.

Opusculū nōdū absolutū interceptū

Augustin⁹ de Trinitate lib. p̄cepti

Horacius Carmine reprehendit qd̄ non ad d.

Scabrē

Solinus Appion Alex. H

IULIUS SOLINVS AVTIO SVO. S. p. d.

QVoniā quidā impatientius potius/q̄ studiosius opusculū, qd̄ moliebar interceptare p̄perarūt, idq̄ etiā tū impolitū in mediū dederūt, priusq̄ inchoate rei summa manus imponeret, & nūc exēplaribus corruptis, q̄ damnata sunt q̄si p̄bata circūferunt, p̄teritis, q̄ ad incrementū cognitionis accesserūt cura longiore. Ne forte rudis, & imp̄fecta materia/uelut spectatus a me liber, cor̄pusculū sentētia mea digestū, ut nosceres misī. Primo, qd̄ referēdus ad industriā tuā fuit tenor dispositiois. Deinde ut scabrē adhuc iformitatis p̄ditio, editioe uera extingueret. Erit igit̄ operi isti titulus Polyhistor. Nā quē in exordio designauerā scilicet/Collectanea rerū memorabiliū/cū ijs, q̄ improbauimus/placuit oblitterari. Collata igit̄ hac epistola cū ea, q̄ auspiciū scriptionis facit, intelligis eodē te loco habitū, quo eum cui laboris nostri summam dedicauimus.